vbi etiã de est volũtas actum exteriorem ppe
trãdi· scd͛m plures doctores est mortale pcc̄m
¶ Patet igitur ex premissis omnes amplexꝰ
oscula et consimiles attactꝰ pricipalit͛ ex lux
uriosis cogitacõibus prius enumeãtis proce
dentes· sunt grauia delicta· tantoqꝫ grauiora
si persone fuerint affines· aut religiose· vel e
iusdem sexus· ꝛ qđ enormius est· si in talibus
attactibus vl̄ osculis talis non seruetur hone
stas· qualis in publico seruaẽtur. Quãobrem
si quis in premissis attactibus vellet alteri vi
inferre· deberet alius ex aduerso quemadmo
dum pro vite corporalis tuicõne viriliter resi
stere· siue verbis siue factis· aut validis cla
moribus· aut deniqꝫ factum tale personis ipsũ
in hoc iuuare valẽtibus et ad hoc astrictis re
uelãdo. Alioquĩ talis quisquis ille est non sin
ceriter suã diligit castitatẽ ꝛ honorem.

¶ Cap· xiiij· decimũ declãt preceptũ.

DEcimũ preceptũ est. Non concupisces
rẽ proximi tui. Hoc est alteriꝰ cuiꝰcũqꝫ
Et intelligitur hic cõcupiscencia phi
beri quemadmodũ supra ut in sexto pcepto
de furto ꝛ latrocinio explicatũ est. Prohibet̃
enim hic cõcupiscentia ꝛ volũtas mala· cũ ma
la voluntas ut paulo ãte dictũ ẽ pfacto repu
tatur. Tali nãqꝫ cupiditate cadit frequẽter

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-573/0031
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG